

CAPUT III.

An indigne communicantes hoc præceptum impleant. Ubi implendum sit. Quinam excu-

sentur ab eiusdem executione: quæ tandem raris transgressoribus imposita sint? 270. Quærit. unic. An excommunicati, & interdicti excusentur a sumptione Eucharistiæ? 271.

FINIS.

NI

LIBER PRIMUS

DE QUINQUE ECCLESIAE PRÆCEPTIS.

DE PRIMO PRÆCEPTO, QUOD FESTOS DIES COLERE PRÆSCRIBIT.

Memento ut diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die sabbatum Domini Dei tui est: non facies omne opus tuum, tu, & filius tuus, & filia tua, servus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & advena, qui est intra portas tuas. Exod. xx. vers. 3. & seqq.

DISSERTATIO PRIMA

DE FESTORUM SANCTIFICATIONE.

CAPUT I.

Gentes omnes quæ Deum colunt, dies festos celebrant. Varii hæreticorum errores recensentur, & refelluntur.

L.



ULLA umquam tam inculta, nulla tam barbara gens fuit quæ diis suis festos dies non consecrarit. Lactantius *Lib. II. divin. instit. cap. III.* indicat, nonnullos extitisse Philo-

sophos, qui omnem summi Numinis cultum improbarunt: scilicet, qui, cum vi rationis naturalis falsas esse Ethnicorum religiones agnoscerent, pluresque deos simul conlocare nequirent; & contra, veram religionem, lumine caelesti ob sua crimina destituti, assequi minime valerent, religionem omnem abiecerunt. Hoc in errore fuisse Aristotelem, suspicatur Caietanus 2. 2. *quæst. lxxxv. art. 1.* Hi omnes ex illorum numero sunt de quibus ait Apostolus Paulus Rom. 1. *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* Si enim nullum Deum existere putabant, quid amentius? Si Deum agnoscentes, eidem cultum denegabant, quid rationi magis infeltem? Religione itaque colendum esse Deum, ratio naturalis præscribit. Hæc porro religio in fessorum maxime celebratione elucet.

II. Non est quod Ethnicorum varia super-

Gen. Theol. Tom. V.

stitionum genera referant. Non parvi tamen interest hæreticorum verum Deum colentium errores in festis celebrandis brevissime recensere. Hac enim ratione, ut alibi diximus, Catholicorum doctrina manifestior evadit. Et ut ab antiquioribus initium ducam, Ebionitæ omnium primi docuerant, Christianos debere dies festos tum novi, tum veteris testamenti celebrare, videlicet sabbatum æque ac dominicam; sicuti refert Eusebius *Lib. III. Hist. cap. xxvii.*

III. Wiceliffitæ, Petrosianorum errores renovantes, omnia festa de medio tollebant, eo quod ad Iudeorum ceremonias ea pertinere effutiebant; ut refert Thomas Valdensis *Tom. III. tit. xvi. cap. cxl.* Hunc errorem tribus D. Pauli textibus confirmabant. Primum habetur Rom. xiv. vers. 5. *Alius iudicat diem inter diem; alius autem iudicat omnem diem.* Secundus legitur Galat. iv. *Dies observatis, & menses, & tempora, & annos: timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in vobis.* Tertius tandem Coloss. 11. *Nemo vos iudicat in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi.*

IV. Lutherani, & Calvinistæ festos dies colendos esse docent; sed illorum celebrationem

A

nem

2
nem variis permittent erroribus. Primum autem, dies festos hand esse ceteris diebus facrationes, ac si mysterii, vel pia significationis nihil praeferret. Volunt enim festa prescribi dumtaxat discipline, ordinis, & politica causa. Quapropter Catholicos acculant, quod iudaeo more dierum habeant discrimen, & recitatos textus D. Pauli obtrudunt. Secundo Ecclesiam Romanam redargunt, quod praeceptum vi cogat fideles ad festorum celebrationem: liberum siquidem volunt festorum cultum; & solum ratione scandali, aut contemptus obligari Christianos ad festa observanda. Tertio asserunt, idololatriam redolere dies festos Sanctis consecrare. Placet ipsius Calvinii verba referre, non tam ut ipsius verbis eius promam errores, quam ut ex iniqui Haereticarum ore colligant non pauci quid diebus festis peragere debeant. Haec autem scribit ille Lib. II. Instit. cap. vii. §. 32. pag. 75. *Abrogata sabbato inter nos tametsi etiam non locum istud habet, ut statim diebus ad audiendum verbum, ad mystici panis fractionem, ad publicas orationes conveniamus; deinde ut servis, & operariis iudicetur a labore remisso. Item §. 33. Paulo hic cogit esse longior, quod hodie ob diem dominicum tumultuantur nonnulli iniqui spiritus: plebem christianam quiritantur in Iudaeum fore, qui retinent aliquam dierum observationem. Ego autem respondeo citra Iudaeum dies istos a nobis observari: quia longo intervallo differimus in hac parte a Iudaeis. Non enim ut caeremoniam arduissima religione celebramus, qua patemus, mysterium spirituale figurari, sed suspensum ut verbum tantum retineamus in Ecclesia vestri necessarium. Atque Paulus docet, non esse in eius observatione iudicandos Christianos: quae sit umbra rei futura. Ideo timet, ne iter Galatas frustra laboravit, quod ad huc dies observarent. Et ad Romanos asserit, superfluum esse, si quis iudicat inter diem & diem. At quis, praeter istos dumtaxat servatos, non videat de qua observatione intelligat Apostolus? Non enim in senem istum positivum, & ecclesiasticum ordinem respiciant. Neque sic tamen septenarium numerum moror, ut eius servituti Ecclesiam asstringam. Neque enim Ecclesiam damnavero, quae alios convenitibus suis solemnes dies habeant, modo a superstitione absint. Quod erit, si ad solum observationem asserimus, & ordinis bene compositi referuntur. Summa sit, ut sub figura Iudaeis tradebatur veritas, ita nobis sine umbris commendatur: primum ut perpetuum tota vita sabbatum meditemur a nostris operibus, quod Dominus in nobis per suum spiritum opere-*

3
tur; deinde, ut pia operum Dei recognitione privatum se quisque, quoties accat, excuset; tum etiam ut omnes simul legitimam Ecclesiae ordinem, ad verbum audiendum, ad caeremoniarum administrationem, ad publicas orationes constitutum observemus; tertio ne nobis subdilos inhumaniter premamus. Ita evanescent naga Pseudoprophetarum, qui iudaica opinione populum superioribus seculis imbuerunt, nihil aliud asserentes, nisi abrogatum esse quod ceremoniale erat in hoc mandato (ad vocant sua lingua diei septime taxationem) remanere autem, quod morale est, nempe unius diei observationem in hebdomada. Hi sunt haereticorum errores, quos sequentibus numeris breviter confutabimus.

V. Dico primum, *Sabbatum Hebraeorum, & cetera veteris testamenti festa hand quaquam licere Christianis celebrare.* Quoniam sabbatum, & alia iudaica festa figure erant, & adumbrata imagines futuæ lucis, quae est Christus Dominus: istius tunc adventu antiquandae omnino erant, & abrogandae. Quapropter iure D. Paulus, ad Galatas scribens, redarguit molacris ritus cultores, & feriarum observatores. Et Concilium Laodicenum cap. xxix. anathema iis infligit qui sabbatum colunt. Nec refert quod sabbatum vocetur patrum sempiternum, signumque perpetuum Exod. 11. Sic enim appellatur, & quia res aeternas portendit, & quia ad finem ulque Republicae iudaicae durare debebat; ut explicat Augustinus in quaestionibus super Exodum.

VI. Dico secundo, *Christianos obstringi dies festos celebrare, non solum ratione ordinis, & poliae, sed ratione etiam mysterii, quod significant; & esse dies istos aliis servatores, & sanctiores.* Prima pars per se patet. Praeceptum siquidem sanctificandi festa, licet, prout ceremoniale est, antiquatum fuerit; ut tamen morale, seu naturale, & divinum est (quam distinctionem immerito Calvinus reiecit) non lecus ac cetera Decalogi mandata, Christianos omnes obligat. Nec minus certum est, Christianorum festa mysticas continere significationes. Nam dies dominica memoria est resurrectionis Christi, & beatam vitam praefigurat. Insuper iolemnis dies festi Natalis, Paschonis, Resurrectionis, Ascensionis Domini, & Pentecostes, quos ex apostolica traditione Ecclesia celebrat, ut docet Augustinus ep. cix. & Lutherani ac Calvinistae pariter colunt, mysteria Iesu Christi representant. Perperam ergo ad ordinem, & politiam Ecclesiae eorumdem celebratio reducitur. Idque confirmatur ex eo quod communi

C A P U T I I.

munis & Patrum, & populorum vote dies festi modo sacri, modo sancti, modo mystici nuncupentur. Qua de re vide Ambrosium serm. lxxi. Augustinum Lib. xxii. de Civit. Dei cap. 111. & Leonem ser. v. in Quadr. Et revera, si Christus nascens praesepit, moriens crucem, resurgens tumulum consecravit; cur non etiam dies illos sanctificavit, quibus natus, passus, vitisque redditus est? Si templa, & altaria sacra dicuntur, quod sint Deo dicata; cur non erunt sacri quoque dies illi qui divino cultui sunt assignati?

VII. Dico tertio, *Festorum observationem, sublatam etiam scandalo, & contemptu, lege obligante conscientiam merito Ecclesiam prescribere.* Iure siquidem divino devincti sunt fideles, dies aliquos festos celebrare; ut ex Scriptura sancta patet, & ratio naturalis praescribit. Nulli autem tunc dies festi divino iure definiti. Ergo Ecclesia hac pollet potestate, qua certos dies Deo sacros statuat, & eorumdem observationi fideles adstringat. Alioquin ius divinum minime consisteret, semel admisso quod Ecclesiae lex non obligaret fideles suos. Isti enim, hac facta positione, possent non servare diem dominicum, nec Pascha, nec ulla alia festa: vel quisque posset ad libitum sua festa sibi statuere, & confusionem summam in Ecclesiam invhere. Sed quid plura congero? Certum quippe est, semper Ecclesiam suo praeecepto obligasse fideles ad festa celebranda; ut constat ex Concilio Agateni, & Aurelianensi, & sexto Generali. Neque ex hac lege iugum Christianorum gravius evadit ius Iudaeorum; quemadmodum obarguunt Calvinistae. Quoniam festa iudaica gravissima imponebant onera, cum singulis sabbatis vetarent ignem accendere, carnes coquere, iter facere, & in Pascha septem dies in stipida azyrna comedere: quae incommoda longe absint a festis Christianorum.

VIII. Ad primum textum D. Pauli, quem obtrudit Calvinus, respondeo, Apostolum ibi sermonem habere de ieiunio, quod alii observabant quotidie, & alii certis diebus; ut exponunt Origenes, Ambrosius, & alii. Ad secundum respondetur, D. Paulum vanam improbare Ethnicorum superstitionem, qui ex vario siderum situ dies discernabant. In Epistola autem ad Colossenses de festis Iudaeorum agit Apostolus, & iudaizantes redarguit; ut Hieronymus, & Augustinus interpretantur. De aliis haereticorum erroribus advertit festa Martyrum, & Confessorum, a hisque peculiare dies festos, infra dicemus.

Recensentur propositiones hoc de argumento a summis Pontificibus damnatae. Item aliae quae nimis laxae; & aliae quae nimis severe quibusdam videntur.

I. **I**ndicatis superiore capite haereticorum erroribus, e se nostra esse censuras quorundam Caluistrarum, & Theologorum hoc de argumento aberrationes manifestare. Hac enim ratione vel initio statim & unico intuitu, quid evitare lector debeat, exploratum habebit. Hoc siquidem est institutum meum (quod quatenus alibi dictum fuerit, repetendum tamen est saepius, ut invidiae periculo, quoad fieri potest, me subducam) primo errores ad Ecclesiam damnatos, deinde propositiones, quae licet expresse proscriptae non sint, videntur tamen viris piis, & doctis nimis laxae, & tandem quaedam quae nimis severe reputantur, ob oculos ponere.

§. I.

Propositiones damnatae ab Innocentio XI. anno 1679. quae primum Ecclesiae praecipuum spectant.

II. **E**X propositionibus a summo Pontifice Innocentio XI. proscriptis duae sunt quae praeecepto colendi festa adveniunt, suntque sequentes.

52. Praeceptum servandi festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, si alibi contemprum.

53. Satisfacit praeecepto Ecclesiae de audiendo sacro qui duas eius partes, immo quatuor simul a diversis celebrantibus audit.

§. II.

Propositiones ex pluribus Casuistis decerpit, quae nimis laxae videntur.

III. I. **V**ere implexit audiendi Sacri tempus audiens. Ergo a fortiori cum intentione non satisfaciendi. Thomas Sanchez in Decal. Lib. I. cap. xlii. num. 13. pag. 65. edit. Parm. 1725.

2. Colligo, posse te brevissimo temporis interitio Missam audire, si quatuor v. g. altariis varia-Missae proportionata temporis anterioritate sic celebretur, ut, dum una inchoatur, secunda ab Evange-

lio tunc in consecrationem procedat, tercia a consecratione in consumptionem quarta denique a consumptione usque ad tertiam num. Ita ille (Antonius Escobar) & novissime Gestaldus in *Theol. Moral. Tom. I. tract. XVII. cap. 11. num. 16*. Unde patet, quam parum mode locuti sunt Turrianus in *select. disp. XVII. dub. 7.* & Ledesma *part. 1. cap. XXVII. post 5. conclusionem*, qui hanc affirmativam sententiam improbabilem vocant. Est enim factus probabilis. "P. Antoninus Diana Tom. II. *opis cord. resol. 29. pag. 166. edit. Venet.*"

3. "Dominus qui habet Oratorium, non tenetur rogare, aut nullo stipendio conducere Sacerdotem, qui faciat Sacrum sibi non valenti adire Ecclesiam." P. Georgius Gobat *tract. v. num. 350. pag. 252. edit. Venet.*

4. "Pride festum lesu nimis potu valeudinem, ut nequirem altero die adem sacram subire, hancque impotentiam oriturum praevidi. Resp. Tametsi pergere suscipio patrocinium luronum; attamen illum de quo proponitur hæc questio, excessu a mortali, inquantum præcite ponit impedimentum Sacri de iure audiendi die sequenti." Idem Gobat *loc. cit. num. 425. pag. 256. 5.*

5. "Dico. II. Nemo obligatur pride festi non ponere impedimenta Sacri post die audiendi. Sic docet *cit. cap. XXVII. num. 35.* cum Suario, Becano, Bonacina, Palao, Dicaillio, quos ibidem refero, ubi etiam expressi, licet impedimentum ponatur per additionem vestim, non tamen esse necesse in confessione quidem dicende de omisso Sacro ... Confirmo hanc doctrinam resolutione casus quem Tamburinus in *Decal. Lib. II. cap. 11. §. 3. num. 9.* recenfer de duobus adolescentibus, desinantibus proficisci die sabbati ad venationem influendum loco tam remoto ab omni Ecclesia, ut fuerit impossibile die dominico audire Missam.

Causa Venatorius.

6. Quidam ex congregatione Nobilium selecti adolefcentes (verba sunt Tamburini *loc. cit.*) ad terras in remoto nemore venantibus se egressuros, ut sit, ex compulso decreverunt, quo in nemore opportunis audiendi Sacrum nequaquam suppetebat. Aggator autem dies teneris illius hebdomade, & die consequenti iter arripere cum contentissent, interrogaverunt a P. fidelitatis præfetto, an illis liceret; quandoquidem fore providerant ut, die dominico instanti, in eo loco ab Ecclesijs remotissimo, Missa non esset inter-

futuri? Respondit Pater, sine culpa licere

Verum adolefscens quidam ex illis, paulo ceteris religiosior, Iustus Patris consilio non acquiescens, P. Resiorem eiusdem Collegii, quid de hoc ipse sentiret interrogavit, qui nequaquam licere respondit

Hactenus non solum narratio, sed etiam iudicium P. Tamburini, qui, licet utramque responsionem merito habeat pro probabili, ego tamen pro probabiliori habeo præsidis, utpote nixi & melioribus rationibus, & auctoritate quique DD. "Idem Gobat *tract. v. num. 447. & seq. pag. 258.*"

7. "Excusaretur a mortali qui tertiam partem diei festi infunderet in opere servili, sumpta hac tercia parte dumtaxat de eo tempore quod regulariter solet infundi in opere servili." P. Zacharias Palqualis *dectione 300. numer. 6. & seq.*

8. "An in die festo liceat tornea menta, choras, & alios similes ludos exercere? "Tenendum est sententia (affirmativa) quia humilimodi tornea menta, & alii ludi huius generis ex sua natura, & intrinseco fine ordinantur ad relaxandos animos: quia, cum caudent delectationem, faciunt ipsos quiescere, atque adeo refocillari ... Et hoc habet locum etiam respectu eorum, qui exercent huiusmodi ludos: quia, licet surgatur in corpore, recreantur tamen in animo." Idem Palqualis *deci. cl.*

9. "Non peccaret mortaliter qui efficeret ut plures per totum integrum diem festum laborarent, sed singuli solam pro modico tempore; si illi faceret ob lucrum quod inde percipit." P. Leander a Ss. Sacramentis *de observ. festorum tract. 1. disp. VI. quest. X.*

10. "An satisfaceret qui, etiam si toto Missæ tempore cum aliis confabularetur, luderet &c. hoc non faceret continuo, sed interpolato, modo ad Missam attendendo, & modo confabulando &c. Respondet satisfacere in hoc casu, dummodo attente assillat consecrationi, & aliis que in Missa principalia sunt." Idem Leander *Part. III. in §. præcept. Ecclesiæ tract. II. de audit. Missæ. disp. 1. quest. lxxviii.*

11. "An qui ex vi præcepti, & voti, penitentia obligatur audire tres Missas, satisfaciat his omnibus obligationibus audiendo eas simul? Respondet satisfacere. Quia præfatus audiens vere audit tres Missas. Quod vero faciat eodem, vel diverso tempore, unico, aut pluribus

adi-

adibus, hoc nihil obest." Idem Leander *loc. cit. quest. lxx.*

12. "Probabiliter respondeo, licitum esse typographis in diebus festis characteres componere, fore ordinare." Idem Leander *loc. cit. tract. 1. de observ. fest. disp. IV. quest. xviii.*

13. "Maxime probabile iudico accedentem ad audiendum Sacrum tempore quo præfatio dicitur, & non extet aliud celebrandum, minime teneri reliquis illius Missæ interesse." Ioannes Sanchez in *disp. selectis disp. xv. num. 5.*

14. An opinio que dicit satisfieri, si successe audiantur due mediatare (Missæ) sit adhuc probabilis: ut ver. gr. si quis ad elevationem unius Missæ veniat in templum, & postea audiat sequentem Missam utque ad elevationem tantum? Dicoendum est, opinionem illam adhuc manere probabilem." P. Claudius La-Croix *Tom. I. Lib. III. part. 1. de observ. fest. num. 611.*

15. "An autem ille qui per longum tempus confectur, Missam audiat, varie sunt sententia ... Alii dubitant ... Alii absolute negant ... Alii absolute affirmant ... Alii distinguunt ... Omnes hæc sententia sunt probabiles." Idem La-Croix *loc. cit. num. 655. §. 6.*

16. "Multi negant, propter lucrum notabile posse omitti Missam; affirmant tamen Azor, Bass, Iord, Tamb. num. 7. Gob. a num. 492, qui etiam putat, si lis tenuis fortuna, te excusari ob lucrum duorum ducatorum; si lis vere pauper, unius ducati: quia hoc lucrum respectu illorum est notabile, quo non censetur Ecclesia velle eos privari." Idem La-Croix *loc. cit. num. 681. §. 6.*

17. "Si Missam negligas, ut iter agas cum aliquo socio, qui faciat expensas in nemis, aut nullum sublevabit, excusant te Suar, Dicaill, & alii cum Gobat. Immo, & secundum aliquos, sola derelictio fociorum itineris videtur esse causa sufficienter excusans." Idem La-Croix *loc. cit. num. 682. §. 7.*

18. "Auriga qui per consuetudinem habent usque vehendi aliqua die festo, etiam habent usque omittendi Missam, si hac audita verehere non possunt ... Addunt aliqui, etiam tu posses vechuram omittere sine notabili damno, tamen plerique non posse; & idem te posse cum illis uti privilegio consuetudinis." Idem La-Croix *loc. cit. num. 684. §. 9.*

19. "An peccet mortaliter qui die festo

mandat sex famulus, ut singuli una hora laborent? Respondeo, si mandet ut laboret simul, seculo scandalo, est veniale tantum." Idem La-Croix *loc. cit. num. 580.*

20. Excusat item, saltem a gravi peccato, parvas operis, seu temporis. Unde de grave non videtur una hora laborare (die festo) ... Immo durum videtur, mortalis dampnare, si quis duas aut tres horas impendat." P. Hermannus Baumbach *Lib. III. tractat. III. cap. III. dub. 2. festina causa*, apud Claudium La-Croix eiusdem interpretem *Lib. III. part. 1. num. 583.*

21. "Tamquam certum respondeo, non teneri fideles ex vi præcepti colendi Deum in festo ad exercendum intra illum diem aliquem actum internum divini cultus." P. Leander a Ss. Sacramento in 5. præcept. *Ecl. part. III. tractat. II. disp. II. quest. lxxii.*

22. "Qui ad Missam non accessit ante præstationem, non tenetur ad reliquam." P. Martinus Torcella *Tom. II. Summ. tractat. I. disp. I. cap. 1. num. 19.*

23. "Præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro satisfaciunt qui duas Missas partes audit, non simul a duplici celebrante, sed distinctim." Idem Torcella *ibid. num. 26.*

24. "Præcepto Sacrum audiendi satisfaciunt qui externe compositus, interne voluntarie dirahitur." Idem Torcella *ibid. num. 21.*

25. "Esti digni reprehensione sint qui sacrificio Missæ ludendo, ridendo, & confabulando assillunt; dummodo tamen consecrationi, & consumptioni attenti sint, tantummodo peccatum veniale committent ... Quatenus peccatum grave tantummodo committunt in eo qui toto tempore Sacrificii effi ludens, ridens, & confabulans." Idem Torcella *ibid. n. 28.*

26. "Opinio DD. dicentium, præceptum Missæ usque ad annos pubertatis, vel circiter non obligare, probabilitate non caret. Etiam dicendum venit de præceptis etiam confessionis, & communionis annualis." Idem Torcella *ibid. cap. III. a num. 7. ad num. 23.*

27. "Distantia unius leucæ, vel trium milium passuum excusat ab obligatione Missæ sam audiendi, etiam hominem robustum." Idem Torcella *ibid. num. 15.*

IV. Plures alias recensere possem similes propositiones, quas brevitas gratia prætereo. Ex his enim quas descripti, colligere facile lector valet, quanta cautio

legendi sunt Auctores qui dicuntur benigni: quoniam istidem principis ex quibus præfata eiciunt assertiones, cetera dubia que in festorum occurrunt observatione, resolvunt. Quid porro de recentis propositionibus, aliisque affinis dicendum sit, infra suis locis iuxta sanctorum Patrum, & Conciliorum doctrinam, quoad fieri poterit, statuum.

§. III.

Recensentur propositiones quæ aliquibus videntur nimium severæ.

V. 1. **G**raviter peccant qui cum peccati mortalitatis affectu Missæ sacrificio dominicis, & festis diebus interfunt. Natalis Alexander. Tom. II. Theol. dogm. & mor. Lib. IV. de Decal. reg. ix.

2. **P**receptum de sanctificatione spiritali sabbati magis violare censetur qui dominicis, aut festis diebus letalia peccatum committunt, quam qui quodvis opus corporale, alias bonum & licitum, faciunt. Idem Natalis Alexander loc. cit. reg. v. Genet de 3. præcep. Decalog. tract. IV. cap. 11. quæst. 11.

An provisiones ista severitatem sapiant, an vero suaverum Patrum, & Conciliorum doctrinam continent, infra docebimus. Lege epistolam 111. ejusdem Natalis ad calcem Tom. II. Lege differri. 111. cap. v.

CAPUT III.

Quomodo præceptum sanctificandi sabbatum ad Decalogum pertineat. Quem Dei cultum præcipit. De illius translatione in diem dominicum: & an simul aliquando cum festo dominico observatum fuerit.

I. **A**D Decalogum pertinere præceptum sanctificandi sabbatum, Scriptura sancta testatur Exod. xx. Memento ut diem sabbati sanctifices. Inter Decalogi mandata numeratur, ut morale, & naturale, non ut ceremoniale, seu legale est. Morale porro, & naturale est præceptum istud, quæ ex parte aliæ quod tempus debeat quod supremo Numini exterior cultus offeratur. Quod percipimus explicat D. Thomas 2. 2. quæst. cxxii. art. 4. ad 1. Præceptum de sanctificatione sabbati, literaliter intellectum, est partim mora-

le, partim autem ceremoniale. Morale quidem, est quantum ad hoc quod homo debeat aliquod tempus vite sue ad vacandum dicitur. Insuper enim homini naturalis inclinatio ad hoc, quod cubilet rei necessaria deputetur aliquod tempus, sicut corporali refectio, somno, & aliis huiusmodi. Unde etiam spiritali refectio, quæ mens hominis in Deo reficitur, secundum dictamen naturalis rationis, aliqua tempus deputatum ad vacandum divinis, cadit sub præcepto morali. Ceremoniale, seu legale dicitur præceptum istud variis rationibus, quatenus scilicet et diem sabbati præ alio præscribit; & creationem mundi repræsentat, & viginti quatuor horarum spatium solemnitas illa celebratur. Audiamus Angelicum hæc omnia explicantem loco laudato. Sed in quantum in hoc præcepto determinatur speciale tempus in signum creationis mundi, sic est præceptum ceremoniale. Similiter etiam ceremoniale est secundum allegoricam significationem, prout fuit signum quietis Christi in sepulchro, quæ fuit septima dies. Unde præceptum de sanctificatione sabbati ponitur inter præcepta Decalogi, in quantum est præceptum morale, non in quantum est ceremoniale. Heinc conligitur, præceptum hoc, prout ceremoniale est, non obligare Christianos; quoniam, promulgata evangelica lege, præcepta legalia abrogata sunt. Utrum autem obligaverit præceptum istud ante legem Moysi in statu legis nature, admittat Catharinus Politus in Genesis, Cornelius Fibera, & alii. Sed probabilius negant Fibibus Lib. I. c. 11. c. 11. cap. xv. Arenas Lib. V. ad verbi. c. 11. cap. xxx. Tostatius in Genes. cap. 11. quæst. Catechismus Romanus in 3. Decalog. præceptum. 4. Ratio clara videtur. Nam Moyses Dei iussu præceptum sanctificandi sabbatum, ut diem Domino sacrum indicxit. Igitur ante id temporis festum illud minime institutum erat. Quod ex eo etiam constare potest, quia, si iud mundi initium iussisset Deus, homines diem hunc ut sacrum custodire, omnes nationes, & gentes sabbatum observassent. Parer autem, nullam aliam gentem, præter Iudæos, sabbatum ut diem festum coluisse.

II. Sabbatum nomen hebraicum est, quod latine requies, seu cessationem significat, & pluribus modis in Scriptura accipitur. Primum pro septimo die, in quo Deus ab omni opere quævit. Secundum pro tota hebdomada pro figuram synecdochem, in qua pars pro toto adhibetur. Et iuxta hæc significationem Phariseus dixit Luc. cap. xviii. In-

ino

ino bis in sabbato, nempe in hebdomada. Tertium pro quolibet die festo Iudæorum, iuxta illud Lev. xxiii. A vespera usque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra. Quartum pro quolibet hebdomada die. Et sic prima sabbati est primus dies post sabbatum, & secundus sabbati secundus dies, & sic de reliquis. Quapropter in Evangelio Matthæi cap. xxviii. legitur: *Vespere autem sabbati, quæ fuit in prima sabbati, & Lucæ xxiv. Una autem sabbati vultu diluculo.* Accipitur etiam pro die dominico. Habetur enim Actuum cap. xx. *Una autem sabbati cum convenissemus ad frangendum panem.* Quod sic interpretatur Augustinus epist. lxxxvi. *Una enim sabbati appellabatur dies, qui nunc dominicus appellatur; quod in Evangelio apertius invenitur. Nam dies resurrectionis Domini prima sabbati a Martine, a cæteris autem tribus una sabbati dicitur.* Iuxta hæc expositionem facile intelligitur textus ille Matth. xxviii. *Vespere autem sabbati, quæ fuit in prima sabbati, prout Mattheus via Magdalensium, quæ tunc videtur sepulchrum.* III. Cur Deus sabbatum Iudæis per alio die præcepit? Varia omitto inepta & absurda interpretamenta, & eorum qui dixerunt, idcirco Deum voluisse Iudæos ab omni opere die sabbati abstinere, ut influxus Saturni, sub quo talis dies ponitur, evitarent; (quæ interpretatio superitionem redollet) & aliorum, qui asserunt, Iudæos ulceribus inguinum laborasse, quem morbum Egyptii Sabbo vocabant, a qua inimitate septimo die cum fuissent liberati, diem illum ut sanctum coluerunt, sabbatumque compellarunt; quod inane commentum est Apionis Alexandrini. Respondendo igitur, primam causam esse quæ in Scriptura laica assignat, scilicet ut Iudæi creationis beneficium recolerent. Hæc siquidem habentur Exod. xx. *Sex enim diebus fecit Dominus celum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requievit in die septimo: idcirco benedixit Dominus diei sabbati, & sanctificavit eum.* Altera causa est, ut Iudæi liberationis a captivitate Egyptiaca recordarentur; sicut clare habetur Deuter. v. *Memento quod & ipse servieris in Agypto, & educerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, & brachio extenso: idcirco præcepit tibi ut observares diem sabbati.* Plures alias causas assignant alii, tæris ad cap. v. Amos Prophete.

IV. Quæst. I. *Quomodo cultum in præcepto sanctificandi sabbati Deus præscripsit Iudæis?* Resp. D. Thomas dicit, Deum iussisse exteriorum cultum, 2. 2. quæst. cxxii. art. 4.

in corp. In tertio præcepto Decalogi præcipitur exterior Dei cultus sub signo communis beneficii, quod pertinet ad omnes, scilicet ad representandum opus creationis mundi, a quo requiescitur dicitur Deus septima die. In cuius diei deputanda ad vacandum Deo. Et ideo Exod. xxi. præmisso præcepto de sanctificatione sabbati, assignatur ratio: quia sex diebus fecit Deus celum, & terram, & in septima die requiescit. Hoc ipsum confirmat Catechismus Romanus de tertio præcepto III. Part. num. 1. Hoc legis præcepto exterioris ille cultus qui Deo a nobis debetur, recte, atque ordine præscribitur. Est enim hic veluti prioris præcepti fructus: quoniam quem intimis sensibus pie colimus, sabbati, & ipsi adducit, quam in eo postquam habemus, non possimus esse non exteriori cultu venerari, etque gratias agere. Ex his satis aperte colligitur, fallam esse opinionem eorum qui sustinent, cultum interiore, seu ælii caritatis, & contritionis de peccatis, a Deo præcipi in hoc suo tertio mandato. Quandoquidem præceptum illud de sanctificatione sabbati imperat ælii virtutis religionem, ut evidens per se est. Dilectio autem Dei ad virtutem caritatis, & contritio de peccatis ad virtutem penitentiae spectant.

V. Quæst. II. *An hoc præceptum affirmativum sit, vel negativum?* Resp. Est affirmativum: quoniam Deus in hoc præcepto revera iubet sanctificationem sabbati. At enim: *Memento ut diem sabbati sanctifices.* Imperat itaque sanctificationem istius diei, culumque sui exhibendum. Anne mandatum, quod tributum Deo offerendum præscribit, inter negantia mandata recentis potest? An ex alia parte Iudæi cessabant operibus, quoniam alio quod externo Deum colerent? Quinam autem præcise fuerit actus ille quo Iudæi cultum Deo offerbant, ex lege non constat. Indefinitus ergo erit, ex populi arbitrio statuentus.

VI. Quæst. III. *Cur sabbati solemnitas in diem dominicum translata sit?* Resp. Cum ex ipsa naturali lege aliqua temporis pars assignari debeat qua Deo cultus offeratur, Apostoli elegerunt primum hebdomada diem veluti cæteris aptiorem, quem Ethnici dixerunt diem Solis, ipsi vero diem dominicum appellabant. Istius diei dominice celebratio observatur penes Christianos Apostolorum tempore. Illius meminit S. Ioannes Apocal. 1. *Erit in spiritu dominica dies, & auster.* Memento quoque S. Lucas Act. xxi. *Una autem sabbati cum convenissemus ad frangendum panem* (id est ad corpus Christi frangendum) Paulus disputabat. Istius autem mutationis

A 4

causæ plures exhibentur. Primo, quod die illa mundus initium accepit. Secundo, quod eodem die Christus a mortuis resurrexit ad vitam immortalem. Tertio, ne Christiani quod commune cum Iudeis habere viderentur. Quarto, quia eodem die Spiritus sanctus super Apostolorum collegium visibilis apparuit. Quinto, hac eadem die Apollonius prædicandi gentibus Evangelium a Christo suscepit. Has rationes recenlet *epist. xx. olim lxxxi. cap. 1. S. Leo*, qui diem hanc diem *resurrectionis dominicæ vocat*, his verbis. *Hic qui consecratus fuit, nequam benedictus, nisi in die resurrectionis dominicæ, tribuatur . . . que tantis divinarum dispensationum mysteriis est consecrata, ut quicquid est a Domino insignium constitutum, in huius die dignitate sit gestum. In hac mundus sumpti exordium. In hac per resurrectionem Christi & mors interitum, & vita accepit initium. In hac Apostoli a Domino prædicandi omnibus gentibus Evangelium tubam sonant, & inferendum universo mundo sacramentum regenerationis accipiunt. In hac, sicut B. Iohannes Evangelista testatur, congregatis in unum Discipulis, iamvis clausis, cum ad eos Dominus intrasset, passivavit, & dixit: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum non remiseritis, retenta sunt. In hac denique promissus a Domino Apollolis Spiritus sanctus adventus, ut eamvisi quadam regula insinuat, & traditum novimus, in illa die celebranda nobis esse mysteria sacerdotalium benedictionum, in qua collata sunt omnia dona gratiarum.*

VII. Quæst. IV. An festum diei dominicæ iuris divini sit, vel ecclesiasticum? Resp. Panoritanus cap. 111. de Fer. cum aliis quibusdam iuris divini contendit. Sed Theologi communi consensu docent esse iuris ecclesiastici cum D. Thoma 2. 2. quæst. cxxii. art. 4. ad 4. ubi hæc habet. *Dicendum, quod observantia diei dominicæ in nova lege succedit observantia sabbati, non ex vi præcepti legis, sed ex constitutione Ecclesiæ, & consuetudine populi christiani.* Hoc idem tradit Catechismus Romanus III. Part. in 3. Decalog. præcept. num. 19. *Placuit autem Ecclesiæ Dei, ut diei sabbati cultus, & celebratio in dominicam transferretur diem.* Quod clara quoque ratione confirmant Theologi ferè omnes. Docent enim, Christum Dominum in sua nova lege nulla alia nobis imposuisse præcepta divina, præter ea que fidem, sacramenta, & sacrificium spectant. Celebritas autem diei dominicæ, nec ad fidem, nec ad sacramenta, nec ad sacrificium pertinet. Ergo festum

illud Ecclesiæ indicendum reliquit. Ut autem veritas plenus eluceat, animadvertendum, verum utique esse quod iuris naturalis, & divini sit, non solum debere determinatum esse tempus quo Deo debitus cultus exhibetur; verum etiam quod dies aliqui designantur ad cultum hunc Deo tribuendum. Quoniam tertium Decalogi præceptum, ut morale est, etiamnum perleverat. Nisi autem aliqui dies determinati essent, quibus Deo vacandum foret, non posse præceptum communitè ab omnibus observari. Quod autem his dies sint feria prima, vel secunda, vel tertia, Ecclesiæ potestatis Deus reliquit. Et quamvis sub initium nascentis Ecclesiæ Christianæ Apolloli ipsi festum hoc instituerint; non tamen sequitur iuris esse divini: quia Apolloli non esse mandato Christi Dominici, sed plura ex Spiritu sancti afflatu deleverunt. Ex quibus colligitur, Ecclesiæ absolute posse præceptum de observatione diei dominicæ mutare; etsi replea nunquam id præstat. Nunquam siquidem Ecclesiæ emutat que immemorabilis, & universalis consuetudine confirmata sunt, atque divinis mandatis quammaxime consentanea.

VIII. Quæst. V. An, facta laudata translatione sabbati in dominicum diem, statim usque cessaverit sabbati observatio? Resp. Difficultas proposita longiorem requiret disputationem. Paucis tamen eam expediam, lam cap. 1. improbatum fuit error Ebionitarum, qui sabbata, & omnia facta veteris testamenti æque ac festiva novi fœderis, celebranda estuebant. Nunc autem, cum de solo sabbato fermo recurat, brevissime dico, quod, licet Hebræorum legalia, & caeremonialia antiquata fuerint, lege evangelicæ promulgata: atamen sabbati festum non illico in omnibus Orientis Ecclesiis abolutum fuisse, sentiri erudit non pauci, quos inter Ludovicus Thomassinus de diebus festorum celebratione Lib. II. cap. 11. Idque colligitur ex constitutionibus apollolicis. Nam Auctor istorum canonum, & constitutorum hæc scribit Lib. II. cap. lix. *Convenite diebus singulis mane, & vespere ad legendos Psalmos . . . potissimum autem die sabbati, & dominico.* Clarior hoc præcipit Lib. VIII. cap. xxxiii. Petri, & Pauli nomine. *Ego Petrus, & ego Paulus constituimus ut servi quinque diebus opus faciant, sabbato autem, & dominico, die vacent in Ecclesiâ propter doctrinam religionis.* Diximus enim habere quidem sabbatum rationem creationis mundi, dominicum vero resurrectionis. Nihil facilius foret dictum quam

CAPUT IV.

De aliis festis, præter diem dominicum, ex præcepto Ecclesiæ celebrandis.

I. UT clarior omnium festorum quæ in Ecclesiâ catholica ex præcepto celebrantur, cognitio habeatur, primum festa que ad Christum Dominum, deinde que ad B. Virginem, & postremo que ad Sanctos attinent, recensebo. Sed antequam id præsto, decretum Urbani VIII. exscribam, quod in Bullario habetur Tom. V. Primum tamen eisdem decreti paragrammum omitto, cum minime necessarium ad institutum nostrum. In aliis autem paragramphis habentur que sequuntur.

II. §. 2. *Nos itaque volentes ex debito pastoralis officii providere, & sanctificationis festorum certum detempore præceptum, antiquam Ecclesiæ in hac constitutione sanctans, habitis prius frequentibus per doctos, proque viros, quos ad hæc specialiter deputavimus, consultationibus, ut rei videtur gravitas postulare, motu proprio, & ex certa scientia, meraque deliberatione nostra, nec non de prædictæ apostolicæ plenitudinis potestatis, hac perpetuo vultura constitutione, de vero etiam venerabilium fratrum nostrorum sancti Romane Ecclesiæ Eminentissimorum Cardinalium, sacris ritibus Præpositorum, apostolicæ auctoritatis decernimus, & declaramus, infra scriptis dumtaxat dies pro festis ex præcepto celebrandos esse, quos nempe vel initio sacrorum antiquitas, vel universalis Ecclesiæ probavit consuetudo, vel omnium gentium unanimitas pietas veneratur.*

III. *Dominicos scilicet dies totius anni, Nativitatis Domini nostri Iesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis cum duobus sequentibus feriis, Ascensionis, Pentecostes cum duobus pariter sequentibus feriis, sanctæ Trinitatis, solemnitatis Corporis Christi, & inventionis sanctæ Crucis, nec non festivitatum Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis Desipare Virginis, Dedicationsis sancti Michaelis Archangelis, Nativitatis sancti Ioannis Baptistæ, sanctorum Petri, & Pauli, sancti Ioannis Evangeliste, sancti Iacobi, sancti Andree, sancti Thomæ, sanctorum Philippo, & Iacobi, sancti Bartholomæi, sancti Matthæi, sanctorum Simonis, & Iude, & sancti Mathis Christi Domini Apostolorum: item sancti Stephani Protomartyris,*

laudatum Librum apocryphum esse; & propterea nullius auctoritatis. At convenit inter eruditos, existisse codicem quemdam canonum Ecclesiæ in Oriente quatuor primis sæculis, cui libro consequentibus annis leges recens late atrebantur. Porro in lauto canonum, & constitutorum libro non pauca reperitur que Apollolis accepta sunt referenda; plurima vero, que tertio, & quarto sæculo fuerant condita. Dicendum igitur, in quibusdam Orientis Ecclesiis, temporum, & regionum habita ratione, permixtam in aliquod tempus fuisse sabbati celebrationem, tum ne Hebræi, qui christianæ religioni nomen dederant, turbarentur: tum ut splendide cum honore synagoga ad sepulcrum efferretur.

IX. Ceterum in plurimis ipsius Orientis Ecclesiis sabbati celebrationem abrogatam fuisse, testis est Epiphanius Constantiæ in insula Cypri Episcopus hæretici lxxvi. *Sabbatum illud lege præscriptum ad Christi usque adventum perseveravit, quo demum abrogatum, magnum nobis sabbatum obtulit, qui est ipse Dominus, regius, & sabbatum nostris.* Ad Ecclesiæ occidentalem quod attinet, compertum est, post novi fœderis promulgationem nunquam in ea sabbatum observatum fuisse; quemadmodum & de Ecclesiâ Alexandrinâ testatur vel ipse Socrates, hæretici vel infectus, Lib. V. cap. xxi. quamquam minime sibi conitet, dum aderit, omnes orbis Ecclesiis, præter Romanam, & Alexandrinam, sabbatum celebrare: quod manifeste falsum est. Quarto tamen labente sæculo, Syodium Laodicensi in omnibus anathema iudicari qui sabbatum coleret. Hæc enim statuit can. cxxx. *Non oportet Christianos iudicare, & in sabbato citari, sed eo die operari. Diem autem dominicum præferentes, citari, si modo possint, ut Christianos.* Quod si convenit fuerit ut iudicantes, anathema sint apud Christum. Hoc quoque tempore conditus videtur canon septuagesimo Apostolorum, quo decernitur, neas esse Christianis cum Hebræis convenire aut in ieiuniis, aut in festorum observatione. Si quis ieiunat cum Iudeis, vel cum ipsis dies festos agit.

tyris, Sanctorum Innocentium, sancti Laurentii Martyris, sancti Sylvestri Pape, & Confessoris, sancti Ioseph etiam Confessoris, & sancta Anna, Despare respectue Sponsi, & Genitricis, solemnitate omnium Sanctorum, atque unius ex principalibus Patronis in quocumque regno, sive provincia, & alterius pariter principalioris in quocumque civitate, oppido, vel pago, ubi hos patronos haberi, & venerari contigerit.

IV. §. 3. Ad reliquorum vero dierum observantiam, quos hæcenus sive in universa Ecclesia, sive in hac natione, aut regno, provincia, diocesi, aut loco, quomodocumque, sive ex devotione, Christiani fideles tamquam festivos celebrarunt, nequaquam ex præcepto ipsos reneri, dicta auctoritate, tenore præsentium, perpetuo etiam decernimus, & declaramus. Ne autem dies festos a locorum Ordinariis nimia aliquorum facilitate, aut populorum impotentia deturpata iterum multiplicari contingat, eisdem Ordinariis in Domino monemus, ut ad ecclesiasticam ubique servandam æquivalentem de cetero perpetuo futuris temporibus, ab institutione sub præcepto novorum festorum studiant abstinere. Ut verè ea que supra expressa sunt, ferventiori quæ decet veneratione, ac devotione colantur; eisdem Ordinariis antiquorum canonum observantiam ad memoriam revocamus, in concedendis licentiis laborantibus diebus festis; quæ quidem licentiæ non aliter quam ad formam prædictorum canonum, ut præmittitur, concedenda, nominis gratis, libere, & sine ullo profusæ pretio, aut pacto, directæ, vel indirectæ concedantur sub penis etiam gravioribus, nostro, successorumque nostrorum arbitrio infligendis. Non intendimus tamen per hæc nostram constitutionem dies festos circa iudicia in aliquo immutare, quos ad licentiam relinquimus in eisdem statu, & terminis in quibus erant antecessoribus promulgationem... Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis dominicæ 1642, idibus septembris Pontificatus nostri anno xx.

V. Ex recitato decreto clare colligitur, omnia festa que in eodem expressa non sunt, esse omnino antiquata. Et eorum eadem sententia que asserunt, abrogata etiam facta que prius ex voto observantur. Quoniam summus Pontifex derogatione utitur universalis, que sicuti quocumque legem, & consuetudinem, ita quoque votum quodlibet delat.

CAPUT V.

De festis quæ Christi Domini mysteria spectant, quæque ex præcepto celebrantur.

I. Primum omnium festorum, quæ Christi Domini sanctissimam vitam spectant, est eisdem Nativitas. Festum enim Incarnationis, seu Anuntiationis, quod aliqui primum esse habendum, inter festa beatissimæ Virginis Mariæ recenseri solet. Ex Apollolis ipsi originem duxisse festum Nativitatis Christi Domini colligitur ex Clementis Lib. VIII. Constit. & ex Isidoro, qui Lib. I. de offic. cap. xxx. ait: *Natalis dies Domini a Patribus nostro solemnitate institutus est.* Tamen solemnitate illam sero Greci peregerunt, ut testatur Chrysolomus Tom. I. serm. xxxi. ubi de natali Christi die verba facit, hæc habet: *Nondum decimus annus est, ex quo hic ipse die manifeste nobis invenit.* Assertit nihilominus, in Occidente semper celebratum fuisse: rationemque prodit, quia scilicet in urbe Roma servabantur monumenta desorptionis Iudeæ, Angulo impetrante factæ; & idcirco Romana Ecclesia optime scire, potuit natalem diem Christi Domini. Ex his liquet (ait ibidem) descriptionis primæ tempore natum esse. Et cui veteres historiarum codices, qui Romæ publice adservantur, lectitate lubent, persæcio etiam tempus huiusce descriptionis accurate discernere poterit. *Ausculta, neque diffidas. nam illi ipsi qui illic commorantur, multo anteq. & ex antiqua traditione ipsum celebrantes, ad nos usque istius notitiam transfuserunt.* Festum illud eodem die celebratur, quo mysterium fuit præatum, scilicet die xxv. decembris. Dies iste dominicus fuit. Si autem scire aures, cur non semper die dominico, sed quolibet hebdomadæ die festum celebraret, consule Durandum Lib. VI. Ration. civ.

II. Secundum festum est Circumcisionis. Solemnitas hæc cum octava die Nativitatis confundi solet. Illius veritatem indicat Concilium Turonense II. anno 567. celebratum. Siquidem, postquam pronuntiavit dies omnes inter Nativitatem & Epiphaniam festos esse, tres profecto recenlet, quorum postremus sunt calendæ ianuarie, quibus Missam de Circumcisione celebrari iubet. *Et quia inter Natale Domini (inquit can. xvii.) & Epiphaniam omni die festivitates sunt. excipitur illud triduum, quo ad*

calendam Gentilium consuetudinem Patres nostri statuerunt, privatas in calendis ianuarii festi Ilianas, ut in Ecclesiis psallatur, & hora octava in ipsis calendis Circumcisionis Missæ, Deo propitio, celebratur. Si Synodus lateranensis de antiquorum Patrum vestigiis insisteret, innuit certe Circumcisionis festum vel ea ætate antiquum fuisse. Inaniter ergo contendit quidam, recens in Ecclesiam invehitum esse festum illud.

III. Tertio loco succedit festum Epiphaniæ, seu Theophaniæ, aut Bethphanie. Epiphaniæ significat apparitionem, quia Christopholis ipis repetendat, esse nemo negaverit. Anne ambigendum, Apostolos, & Discipulos, qui Christum ascendentem in caelum conspexerit, tanti triumphus solemnia celebrasse? Probabile censent Theologi quidam, cum ipso Christo sanctorum Patrum multitudinem ad Cælum convolasse.

VI. Sextum festum est Pentecostes: quod Hebræi in memoriam legis divinitus datæ peregrabant; Christiani vero ob visibilem Spiritus sancti super Apostolos, & Discipulos apparitionem celebrant. Et quocumque ad Spiritum sanctum hoc festum pertinere videatur; nihilominus tamen Christo Domino consecratum est: tum quod ipse illius adventum promittit; tum quod hæc die eius Evangelium publice per univèrsam orbem coeptum fuerit promulgari.

VII. Septimus dies festus est sanctissime Trinitatis, recens in Ecclesiam introductus. Solemnitas hæc non uno modo ubique culta fuit. A quibusdam Ecclesiis observabantur dominica, quæ Adventum anteverit, & ab aliis octavo die Pentecostes. Ab Urbis Ecclesia non agebantur, quod Trinitatis laudibus continenter vacabat precibus, & sacrificiis, ut testatur Alexander III. qui libet enim dominicus dies Trinitati postillimum consecratus celebratur. Quæ de causa Micrologus asserit, singularis olim dominicus Trinitatis præstationem in Missa decantari solitam fuisse. Et etiamnum huiusmodi diebus in matutinis horis ultimum responsum, si festum aliud non occurrat, de Trinitate recitatur; sicuti & Symbolum fides. In maiorem tamen sanctissime Trinitatis reverentiam, & venerationem Ioannes XXII. & Urbanus VIII. quorundam primo dominico die post Pentecostem decreverunt eisdem festum colendum esse.

VIII. Sacrosanctæ Eucharistiæ mysterium feria quinta post octavam Pentecostes celebratur. Hoc festum post duodecim sæcula

seculo diffidum maximum excitatum fuit Occidentales inter & Asiaticos. Illi quatuordecimo die post æquinoctium verum celebrandum esse Pascha contendebant; illi dominicam æquinoctium consequente, ne iudicium redolere viderentur. Acce, & ingubre diffidium duobus ferme sæculis Ecclesiam exagitant, donec in Concilio Nicæano I. decretum fuit, dominica post verum æquinoctium solemnia paschalia ad univèrsam Ecclesiam celebranda esse.

V. Quinto loco ponitur Christi Domini Ascensionis in caelum solemnitas, quam ab Apollolis ipis repetendam, esse nemo negaverit. Anne ambigendum, Apostolos, & Discipulos, qui Christum ascendentem in caelum conspexerit, tanti triumphus solemnia celebrasse? Probabile censent Theologi quidam, cum ipso Christo sanctorum Patrum multitudinem ad Cælum convolasse.

VI. Sextum festum est Pentecostes: quod Hebræi in memoriam legis divinitus datæ peregrabant; Christiani vero ob visibilem Spiritus sancti super Apostolos, & Discipulos apparitionem celebrant. Et quocumque ad Spiritum sanctum hoc festum pertinere videatur; nihilominus tamen Christo Domino consecratum est: tum quod ipse illius adventum promittit; tum quod hæc die eius Evangelium publice per univèrsam orbem coeptum fuerit promulgari.

VII. Septimus dies festus est sanctissime Trinitatis, recens in Ecclesiam introductus. Solemnitas hæc non uno modo ubique culta fuit. A quibusdam Ecclesiis observabantur dominica, quæ Adventum anteverit, & ab aliis octavo die Pentecostes. Ab Urbis Ecclesia non agebantur, quod Trinitatis laudibus continenter vacabat precibus, & sacrificiis, ut testatur Alexander III. qui libet enim dominicus dies Trinitati postillimum consecratus celebratur. Quæ de causa Micrologus asserit, singularis olim dominicus Trinitatis præstationem in Missa decantari solitam fuisse. Et etiamnum huiusmodi diebus in matutinis horis ultimum responsum, si festum aliud non occurrat, de Trinitate recitatur; sicuti & Symbolum fides. In maiorem tamen sanctissime Trinitatis reverentiam, & venerationem Ioannes XXII. & Urbanus VIII. quorundam primo dominico die post Pentecostem decreverunt eisdem festum colendum esse.

VIII. Sacrosanctæ Eucharistiæ mysterium feria quinta post octavam Pentecostes celebratur. Hoc festum post duodecim sæcula

ab Urbano IV. institutum fuit peculiari constitutione, quae incipit, *Transiurus de hoc mundo ad Patrem*: quam confirmavit Clemens V. Quamquam vero festum istud ceteris enumeratis recentius fit, uberiori tamen celebrari lætitia, & solemniori apparatu solet. Officium, quod ab universa Ecclesia recitatur, & a Doctore Angelico divo Thoma compositum fuit quidem Urbani iussu, tantam redolens dulcedinem, tantam spirat hilaritatem, & adeo enucleate, ac divina quodam claritate mysterium ineffabile explicat, ut omnium mentes admiratione desigat, animoque summo perfundat gaudio.

IX. Tandem inventio sanctæ Crucis, quæ die tertia maii colitur, inter festa ad Christum pertinentia numeratur. De historia istius inventionis non una est Scriptorum sententia: quorum tamen momenta expendere hic minime vacat. Quod Helena Constantini Imperatoris mater Crucis sanctæ lignum inveniret, ad substantiam saltem quod attinet, vix in discrimen vocari potest. Quæ enim contra reponitur, nullus sunt ponderis. Historia isthæc, non ratio, sed occasio fuit instituenti festum in honorem sancti illius ligni, ex quo infinita beneficia in universum genus humanum permanerunt. Verisimile est festum istud incepisse Sylvetri Papæ tempore,

CAPUT VI.

De festis quæ ad B. Virginem, ceterosque sanctos pertinent.

I. Festis Christi Domini succedunt Deiparæ sollemnia. Primum festum huic dicitur, quod in Urbani constitutione recentetur, est illius Purificatio. In hac festivitate duo recolluntur, & lesu Christi oblatio, & Virginis in templo præsentatio. Secundum divinæ Matris festum est Annuntiatio, quæ Archangelus Gabriel a Deo missus Virginem relevavit mysterium Incarnationis Filii Dei in eisdem purissimo utero quo circa festum etiam Incarnationis appellatur. Tertius dies festus, Virgini consecratus, est illius Assumptio in cælum: cuius institutio vel ipsi Apostolis, vel temporariis Apostolorum proximo accepta referretur. Festum quartum est Nativitas ejusdem, cuius initium incertum est. Satis tamen antiquum esse, convenit inter Theologos. Quintum festum sub præcepto, a Clemente XI. anno 1708. lato, celebrandum, est Conceptio Virginis immaculate.

II. Similique Martyribus ornata fuit Ec-

clesia, eisdem religioso cultu profæqui cœperit. De fide enim est, in Sanctorum honorem aliquos dies festos ab Ecclesia institui posse: de quo plura diximus ubi de cultu Sanctorum sermonem habuimus. Quod autem respectu Ecclesiæ Sanctos suos venerata sit, testatur Clemens Romanus, rationemque prodit Lib. VIII. Constit. cap. xxxiii. *Quia & magistri nostri fuerunt ad docendum nos de Christo, nosque Spiritum sanctum dederunt, & Christum vitam ante posuerunt.* Quod confirmat Tertullianus Lib. de Corov. milit. inquit: *Ex antiqua maiorum traditione pro natalitiis annua die fecimus &c.* Finem, modumque istius institutionis peroptime explicat Augustinus Lib. XXII. de Civ. Dei cap. x. *Nos Martyribus nobis, non templa, sicut diis, sed memorias, sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt Spiritus, fabricamus; nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificamus Martyribus; sed non Deo & Martyrum, & nostro, sacrificium immolamus: ad quod sacrificium sancti homines Dei, qui mundum in eius confessione vixerunt, Ius ordine & loco nominantur; non tamen a creditote, qui sacrificat, invocantur. Deo quippe, non istis sacrificat; quamvis in memoria sacrificet eorum: quia Dei Sacerdos est, non illorum. Ipsum vero sacrificium corpus est Christi; qui non esset nisi ipse, quia hoc sunt & ipsi.* Ex his Augustini verbis evanescent penitus omnia hæreticorum commenta, quibus blaterant festos dies Divis dicatos superstitionem redolere, & idololatriam.

III. Primum autem festum quod in Urbani VIII. decreto recentitur, est *Dedicatio sancti Michaelis Archangeli*, quod celebratur die 29. Septembris ab universa Ecclesia in memoriam simul omnium Angelorum. Eius institutum a Bonifacio II. communitur repetitur. Secundum est Nativitas S. Ioannis Baptiste, quod prædixit videtur Archangelus Gabriel Luc. I. *Et nulli in Nativitate eius gaudebunt.* Antiquissimum est festum istud, testatur Augustinus episc. cxiix. Tertium est martyrii Apostolorum Petri, & Pauli: cui succedunt celebritates aliorum Apostolorum, Andreae, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Philippi & Iacobi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Judæ, ac Martine.

IV. Inter festa Martyribus consecrata primum festi vindicat locum festum Protomartyris Stephani, quod antiquissimum esse in Ecclesia, patet ex cap. Pronuntiandum de Consecr. dist. 111. & cap. Consequens, de Feriis: & illius distincte meminit Clemens Lib. VIII. Constitur. cap. xxxii. Sanctorum quo-

CAPUT VII.

De iis qui potestatem habent dies festos instituenti.

quoque Innocentium celebratam veritatem esse in Ecclesia, constat ex Origene hom. 111. in diversos, ubi inquit: *Horum memoria semper, ut dignum est, in Ecclesia celebratur.* Altemper fuerit vi præcepti celebratum festum istud, dissentiant Auctores. Post Urbani constitutionem nulla occurrat difficultas. Sub eodem præcepto colitur festum sancti Laurentii, de quo plures sermones habuerunt Patres, Leo, Ambrosius, & alii.

V. De sanctis Confessoribus certo non constat fuisse semper in Ecclesia aliquid festum sub præcepto ab omnibus Christi fidelibus celebrandum. Quartus enim festum sancti Sylvestri in laud. cap. de Conf. & cap. ult. de Fer. continetur, non hinc tamen eruitur fuisse universale, & ex præcepto impolitum; quemadmodum nunc est post decretum Urbani VIII. Secundum Confessorum festum est illud dicatum sancto Patriarchæ Iosepho, quod nunc pariter sub præcepto celebratur. Tertio loco ponitur festum sanctæ Anne genitricis Deiparæ. Ultimo tandem loco nominatur festum omnium Sanctorum, quod ante Augustini tempora institutum fuisse putant aliqui propter sermonem qui sub Augustini nomine de hoc festo legitur. Sed iam convenit sermonem illum supposititium esse. Et communis Doctorum sententia est, celebratum esse capite tempore Bonifacii IV.

VI. Præter recentia festa, ab universa Ecclesia celebranda, addit Pontifex Urbanus, in quolibet regno, seu provincia, & civitate, aut oppido posse festum unius ex principalibus Patronis sub præcepto colendum designari. Quamquam legitur regna, provincias, civitates, oppida, plures Sanctos, ut Patronos venerantur, non omnium, sed unius tantum respective festum ex præcepto celebrare tenentur. Disputant autem Theologi, num sicuti regnum, ita & provincia regno subditæ possit sui peculiariter eligere patronum cuius festum sub præcepto colendum sit. Probabilior mihi videtur opinio affirmativa. Si enim potest quodlibet regnum, quidni & provincia quoque; cum in decreto regnum, provincia, civitas, & oppidum nominentur? Nec obstat, quod provincia per particulam *sive*, quæ, ut aliquibus videtur, facit sensum disunctivum, ut autem, effertur. Quoniam, si quandoque talem prodit sensum; lapsus est aliam, ut in favorabilibus, ut in prædiximus eventis. Huic præcepto colendi festum Patroni principalis loci adscripti sunt etiam Regulares.

I. Extra disputationis aleam in primis est, Concilium generale, & summum Pontificem posse dies festos instituire, Habent enim, ad spirituale regimen quod attinet, potestatem universalem super omnes fideles, Festorum autem institutio ad iurisdictionem pertinet spiritualem. Poterunt igitur festa indicare, quæ ubique terrarum obligent christianum populum. Neque de hac difficultate est penes Catholicos, quicquid fabulenter heterodoxi.

II. Quæst. I. An Episcopi facultate possint instituenti dies festos abique Cleri, & populi consensu? Resp. Episcopi iure communi possunt dies festos instituire in propria diocesi, ut conitat ex cap. Pronuntiandum de Conf. dist. 111. & cap. Fer. & ex vestigiis Ecclesiæ ubi. Illud solum in controversiam vocant Theologi, an Episcopus in hac institutione dependeat a Cleri, popularique consensu? Sententia mihi probabilior videtur, vi juris communis non posse Episcopos sine Cleri, & populi consensu festa indicare. Quoniam in cap. Pronuntiandum dicitur: *illa festivitates quas singuli Episcopi in suis Episcopatibus cum populo collaudaverint.* Et cap. Consequens hec habentur: *Ceterisque solemnitatibus, quas singuli Episcopi suis diocesium cum Clero, & populo dixerint solemniter celebrandas.* Sanctus Antoninus II. Part. tit. ix. cap. viii. post enumerationem festorum ante primum 8. inquit: *Videtur affirmari ex illis locis cap. Pronuntiandum, quod Episcopus solus non possit indicare festa celebranda, nisi populus acceptet.* Sententia D. Antonini accedunt Angelus verb. Fer. Tabien. num. 10. Sylvester verb. Dom. n. 3. Azorius Tom. II. cap. xxvi. quæst. 111. Suarez Tom. I. de Relig. Lib. II. cap. xi. num. 8. Bonac. disp. v. punct. 1. num. 3. Sanchez in Conf. Lib. V. cap. 11. dub. 5. num. 6. Covarruvias Lib. V. varior. cap. xix. num. 9. Augustinus Barboia III. Part. de potest. Episc. alleg. 105. num. 36. & alii plures. Hoc sane elicitur ex iure, Episcoporum facultatem limitante. Hæc autem limitatio hæc videtur congruentia, quod ex festorum institutione politica civitatis negotia interrumpantur. Sicut enim forum, & manalia opera cessant diebus festis. Neque alicuius momenti est quod ex decreto Urbani VIII. oppo-

nunt Salmanticensis tracl. xxiii. punct. 6. §. 1. num. 119. scilicet Pontificam solis Episcopis prohibere festorum institutionem, nulla populi, aut Cleri facta mentione. Ideo enim Pontifex solis Episcopis verat, quia eorum est, non populi, vel Cleri, indicare festa. Il sunt qui, tamquam superiores, Clerum, populumque congregare, vel admonere debent de festorum institutione. Quapropter his verat Pontifex, & non Clero, aut populo, quorum dumtaxat est assentiri, vel dissentire. Ceterum nos verbum in laudata constitutione habetur, vel oblique obediens, quod si velit Episcopos indicare festa, id prorsus valeat abique Cleri, populi, consensu: quem aliquo iura expresse requirunt. Ubi autem consuetudo obstat ut Episcopi soli sine Cleri, & populi consensu festus dies instituant, omnino servanda est.

III. Quæst. II. An Principes seculares valeant sine auctoritate Episcopi dies festos instituire, ad quorum observationem populus sub gravi culpa tenetur? Resp. S. Antonius II. Part. iii. xv. cap. vii. §. 1. inquit: *Repenita feria sunt, quas Imperator indicit, vel propter victoriam quam fecit, vel quia uxorem duxit, vel quia ei filius natus est, & huiusmodi. Et dicuntur repentina, quia repente, & subito inducuntur, quia repente, & subito inducuntur. Nullus praeter Principem has indicare potest. C. de fer. l. Nul. . . Si civitas, vel dominus indicit, seu mandat aliquod festum sub certa pena celebrari, penam quidem potest exigere a violatoribus, sed culpam non incurrit: quia non pertinet ad eos festa precipere. Sententia D. Antonii substantiatur communitur Doctores, qui assentunt cum eodem, posse quidem Principes laicos festos dies indicare, in quibus libidini, a laboribus, operibusque mechanicis ferriati, publice lætitiæ, & exultationis vacant; non tamen festa præcipere posse, ut publicum Deicultum, & animarumque bonam incipiunt. Quoniam huiusmodi acceptio ad spiritualem pertinent iurisdictionem. Quando autem Principes congrua indicaverint quosdam festa celebrari ob aliquam gravem necessitatem, & ad implorandum divinum auxilium, vel eadem debent a Pastore ecclesiastico, ut ea indicat.*

CAPUT VIII.

Quam obligationem præceptum observandi dies festos imponat; & quando eiusmodi obligatio incipiat.

I. Præceptum servandi dies festos obligat sub mortali, etiam præcise scandalum, & contemptum. Hæc assertio certa est; & contrariam propositionem proscriptam Innocentius XI. quæ est ejusmodi: *Præceptum servandi festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, se absque contemptu.* Caramuel in sua Theologia Regularium disp. cxi. hæret, & subdubitat, an quinquæ Ecclesiæ præcepta obligent solum sub peena, & non sub culpa: atque plures Doctores referunt pro opinione affirmante, quinquæ Ecclesiæ præcepta peenæ tantum, non culpæ adstringere fideles. Sed, quæ hæc de re disputat Caramuel, nos in tractatu de legibus ad examen revocabimus. Nunc sufficiat innuere, præceptum sanctificandi festa ex universalis fidelium persuasione obligare sub mortali. Hæc enim res facta est. In quæstione autem facti evidentiam constituit testium multitudo. Cum itaque omnes fideles pro orbem diffusi in hoc conveniant, quod datur talis gravis obligatio servandi festa; consequitur, certissimam esse ejusmodi obligationem. Vide ea quæ dicta sunt cap. i. num. 7. adversus hereticorum errores.

II. Quæres, quo tempore incipiat dies festi obligatio? Resp. Hanc quoque esse quæstionem facti, in qua experientia, seu consuetudini standum est. Porro res ipsa constat, præceptum servandi festa, & iugium a media nocte incipere, & durare usque ad alteram median noctem proxime sequentem. Quæ certe consuetudo & facilius est ad servanda festa, & etiam rationabilior videtur, præcipue ut Christianorum ritus distinguatur a ritu Iudæorum, qui a vespere usque ad vespem servant sabбата sua. Nil tamen impediret quominus Pontifex pro universa Ecclesiâ, & Episcopus pro sua diocesi, valeant festa præcipere vel a vespere usque ad vespem, vel ab aurora usque ad meridiem, vel a meridie usque ad vespem. Hæc enim determinatio ecclesiastica est, quæ, gravi occurrente causa, mutari optime potest.

CAPUT IX.

De iis qui ad observandos dies festos tenentur: & possimum de adventis, viatoribus, peregrinis; & vagis variæ quæstionibus serventur.

I. Omnes fideles utriusque sexus, cum rationis usu potantur, ad observandum præceptum de festorum sanctificatione obligati esse, vis est qui in dubium revocet. Tempus quo pueri ultimam rationem adsequuntur, est septennium præterpropter. Quare, si ante septennium rationis lux menti puerorum affuget, ut in optime educatis, & acri ingenio præditis ulvenire solet, hi festorum præcepta observare obligantur, ut communissima Doctorum sententia docet: Ratio evidens est: quia lex, seu præceptum est vinculum rationis, ut inquit Angelicus quæst. xvi. de verit. art. 3. Ergo, quando comque ratio adit, lex ligat. Si autem, septennio expleto, dubium occurrat, an rationis radius splendat, tenetur puer ad observandum dies festi: quia in dubio tutor pars est eligenda. Et si, septennio nondum expleto, signa non levia appareant discretioni, cogendi sunt pueri ad Missam audiri: ut docent Auctores gravissimi.

II. Infantes, usu rationis destituti, cum non sint levis capaces, pariter non sunt præcepto sanctificandi festa adstricti: idemque dicendum de omnibus amentibus. Infideles quoque ab hoc præcepto soluti sunt. Quandoquidem, cum non sint Ecclesiæ membra, nec Ecclesiæ legibus subiciuntur, neque in rebus Ecclesiæ possunt communionem habere. De his D. Paulus I. Cor. v. inquit: *Quid enim mihi de iis qui foris sunt, iudicatis? Nonne de iis qui vobis sunt, vos iudicatis? Nam ego ipse foris sum, Deus iudicabit.* Quæ de causa nec catechumeni huic præcepto obnoxii sunt. Ad Missam illi admittuntur usque ad offerendum; diciturque Missa catechumenorum: sunt enim & illi extra Ecclesiam.

III. Quæst. I. An peregrini teneantur celebrare festa sue patriæ, seu territorii, & diocesis? Resp. Festa in duplici genere considerari possunt. Alia sunt quæ ab universa Ecclesiâ observantur, ad quæ celebranda omnes, & ubique tenentur. Alia sunt propria alicuius territorii, seu diocesis. Nominè quoque peregrinorum non intelligimus vagos, qui nullibi proprium domicilium habent. Illi enim tenentur ad festa locorum in quibus peregrinant. Neque sermo est de iis qui domi-

lilium mutant: quoniam illi, non peregrini, sed incolæ dicuntur. Peregrini, seu viatores ii reputantur qui extra propriam territorium, vel diocesim per modum transitus verantur. Istos autem ad festa sua patriæ non teneri, probabilius sententia est: quam communitur tam Iuriste, quam Theologi docent; quæ etiam probatur ex constitutione Bonifacii VIII. in vi. Decret. cap. Ut antimurum, ubi Pontifex statuit, furantes extra diocesim propriam non subesse excommunicationi late ab Episcopo in fures fure iurisdictioni subiectos, his verbis. *Statuto Episcopi, quo in omnes, qui factum commiserunt, excommunicationis sententia promulgatur, subditum eius extra eius diocesim existentes, minime ligari noscuntur; cum extra territorium iuri agenda non preatur impune.* Ex quo clare colligitur, viatores, extra propriam diocesim in transitu permanentes, subiectos haud esse legibus propriæ diocesis. Ratio autem satis clara videtur. Quoniam institutio festi diei in aliquo territorio directe non afficit perianos, sed loco illius bonum spectat; quatenus vel ob beneficium quoddam illi a Deo colatum, vel ut quamplurim favorem, gratiamque a Deo incolæ impetrent, eorum religiosum tali Deo rependendum Episcopus decernit. Ergo præceptum ejusmodi obligat dumtaxat homines tali in loco verantes. Ex quo evanescit adversa sententia argumentum, videlicet peregrinos, & viatores libidinos esse propriis Episcopis, etiam extra patriam suam existentibus. Nam verum est esse subditos illis; sed, cum præceptum servandi prædicta festa in ipsos immediate latum non sit, eadem non sunt obnoxii. Quod autem opponi solet, heinc absurdum consequi, nempe peregrinos istos nec festis sua patriæ, nec festis alterius territorii subiectos fore, statim refellitur.

IV. Quæst. II. An peregrini teneantur observare festa, & ieiunia illius loci ubi sunt in transitu? Respondeo. Teneri. Quod probat auctoritate Augustini Lib. III. confes. cap. VIII. & referunt cap. Quæ contra. dist. xii. Quæ contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diversitate citanda sunt; ut pactum inter se civitatis, aut gentis consuetudine, vel lege firmatum, nulla civis, aut peregrini libidine violetur. Turpis enim omnis pax est, suo universo non congruens. Sed lubet referre aliud Augustini testimonium; quo clarius assertio evincitur: & habetur epist. cxviii. inferuntur est dist. xii. cap. Illa &c. Nec disciplina illa est in his melior gravi, prudentique Christiano, quam ut eo modo agat

quo agere viderit Ecclesiam, ad quamcumque forte decenerit. Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores inungitur, indifferenter est habendum, & pro eorum interquis viribus, societate servandum est. Mater mea, Mediolanum me secuta, invenit Ecclesiam labi- do non inveniunt: cœperat fluctuare, quid ageret. Tunc ego consuli de hac re beatissime memorie virum Ambrosium. At ille ait: Cum Romam venio, ieiunio subbito; cum Mediolanum sine non ieiunio. Sic etiam tu, ad quamcumque Ecclesiam veneris, eius morem serva, si cœtuam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi. Hoc cum matris retulisset, libenter amplexa est. Hoc solum Ambrosii, & Augustini testimonium sufficere deberet pro evidenti questu decisione. Rationem tamen ad maiorem manifestationem addere volo. Quamvis viatores, & peregrini absolute subditi sint Episcoporum propriae patrie respectu & gradus lre dignitatis assequende, & aliarum actionum; nisi tamen impedit quominus subdantur Episcopis locorum ubi consistunt, in iis legibus que bonum commune, & politiam exteriorem talium dioceseon spectant. Quin hæc advenarum subiectio necessaria prorsus est & bono regimini, & morum integritati talis loci. Nonne magna foret perturbatio, si dum incolæ abstinent a carnibus, si dum ieiunant, & sacra audiunt, Deoque vacant; advenæ e contrario sacra negligunt; carnes manducant; & operibus vacarent mechanicis? Nonne it qui vel hospitalitatis, vel amicitia causa advenas experient, magna perferrent offensivula, & in occasione periculoque non levi reperirentur, simul cum advenis propria violandi fœdera, & ieiunia? Quare Episcopi iure animadvertunt in viatores, sua sive festa, sive ieiunia præscripta non servantes. Qua siquidem potestate valent in bonum spirituales vii gregis latius condere; eodem pariter valent eos omnia qui suo gregi scandalo sunt, eisdemque operum pravitate a divino agmine sulcunt. Quæ omnia vi universalis consuetudinis fulcuntur. Intimo enim sensu fideles omnes se se obnoxios reputant legibus locorum in quibus versantur, etiam in transitu. Et profecto, si Principes laici potestatem fruuntur ferendi leges, quibus advenæ, peregrini, viatoresque omnes subiciantur; & refractarios reipâ plectunt, quoniam hoc consent in bonum, & pacem Respublicæ: qua ratione si- militem potestatem denegabimus Præfictis ecclesiasticis pro bono spirituali, suarum respective dioceseon? Hæc sententia in hac an-

plitudine communissima est: & contrariam opinionem, asserentem peregrinos legibus locorum non devinciri, nisi animam habeant perpetuo ibi manendi, iure improbabilem vocat Suarez Tom. I. de Relig. cap. xv. numer. 2.

V. Quæst. III. An scholares, milites, mercatores, mercenarii, similesque teneantur servare festa, & ieiunia illius civitatis in qua maiore anni parte versantur? Respond. illos omnes subditos esse legibus illarum civitatum in quibus commorantur: non solum quia, licet diuturna permanantione non acquirat domicilium absolute, acquirunt tamen quasi domicilium, ut aiunt; sed præcipue ob rationes adductas in superiore paragrafo. Et hæc sententia non modo probabilior, sed communissima est.

VI. Quæst. IV. An peregrini, qui unum, duos, aut tres tantum dies commorantur in aliqua civitate, teneantur servare ieiunia, & festa eiusdem? Respondet. Negant non pauci Theologi: & hæc assignant rationem; quia solum ad festa particularia teneantur qui sunt subditi Episcopi dioceseon, & incolæ disti loci: sed similes peregrini non tantum subditi Episcopi, cum eos nequeat ordinare, aut confirmare &c. ergo ad dicta festa non teneantur. Quanti faciendâ hæc ratio fit, Salmanticenses tract. xxiii. punct. 9. §. 3. numer. 187. declarant his verbis. „ Licet advenæ per alienas dies commorantes non fiant subditi Episcopi quoad alios effectus, bene tamen quoad obligationem diei festi, & ieiunii. Tum a priori, quia hæc subiectio est necessaria ad bonum regimen populi, prii gregis.... Tum a posteriori, quia, ut supra vidimus, licite Episcopi advenæ, nas prædictos non servantes festa punire, possunt. “ Cum itaque advenæ subditi sint legibus loci in quo versantur; licet nec domicilium, nec quasi domicilium habeant: hæc subiectioem limitare, aut extendere minime possunt per maiorem vel minorem moram. Nec maior vel minor permanentia conferit iurisdictionem upi, & altari subiectioem. Quoties ergo advenæ commorantur in aliquo loco, tempore apto, & congruo ad observandum festum, vel ieiunium; toties teneantur ad eorum observationem. Et quia unicuique dies tempus aptum est ad observationem festi, vel ieiunii; qui unico die commorantur in civitate, ad eiusdem festi, vel ieiunii obligantur observantiam. Nonne statim ac aliquis exiit ex proprio territorio, solutus est a legibus talis territorii? Nonne hic perperam maior aut

mi-

minor mora opponeretur? Ergo idem dicendum de permanentia alicuius in extranea civitate. Debet enim esse æqua conditio absentia, & presentia; & qui sentit commodum, debet sentire & incommodum. Quæ omnia confirmari possunt hac hypotheli, quod festum in utroque loco, tum transitus, tum domicilii, ex peculiari statuto observaretur. An tunc advenæ solutus esset ad obligationem? Neque adversarii audent id concedere. Quæ ergo lege teneatur observare festum illud? Non lege sui patriæ, a qua abest: non lege generali Ecclesiæ quæ nulla est. Teneatur ergo lege illius loci in quo versaretur. Quo dato, conlequitur, advenam hunc obligari ad festi observationem; etiam si nulla foret lex in sua patria de tali festo. Anne lex loci sui domicilii subditum eum constituit Episcopi alterius dioceseis? Hæc inferendum est, potiori iure obligari ad servanda festa, & ieiunia qui per hebdomadam, aut mensiem in aliena versantur civitate. Et hæc nostram sententiam, ut probabilior, & communior, defendunt vel ipsi benigniores Casuistæ, quorum caput est Leander de præc. Eccl. tract. i. disp. 111. quæst. xxi. qui cum pluribus aliis huic accedit.

VIII. Quæst. V. An peregrini teneantur observare festa, & ieiunia locorum, ubi commorantur dumtaxat vel tempore præditi, vel carnis, simulque pernoctantes, in crastinum discessuri? Resp. teneri, si tempore quo commorantur, occurrat oportunitas congrua pro præcepti observatione, nimirum, si occasio fuerit comedendi, debent a carnibus abstinere. Si fuerit dies festus, & dormierit quis in illo loco, ac mane discedere velit, brevis perverntur ad locum, ubi festum non est; Suarez Tom. I. de Relig. Lib. II. cap. xv. numer. 23. asserit illum non teneri ad missam audiendam. Leander aut loco citato quæst. xxiii. docet advenam illum debere audire Missam cum subteritio: Ex doctrina ipsius Suarez hoc evincitur. Probat siquidem loco laudato numer. 18. & 19. peregrinos obnoxios esse legibus loci non ex maiori, vel minori mora, sed quia revera subditi sunt eidem legibus; atque satis esse ad obligationem, ut commoretur tempore apto pro præcepti observatione. Cum itaque aliquis mane audire Missam commode possit; quæ ratione a tali matutino in eodem loco versaretur: teneretur ad Missam audiendam, etiam secundum Suarez. Ideoque dicendum censet, etiam si summo mane discederet, quoties festum illud servaretur in toto territorio, per quod usque ad

Onic. Theol. Tom. V.

meridieum iter acturus esset: quoniam revera militat eadem ratio, ac si in loco in quo pernoctavit, moratus esset. Qui vero nullo modo commoratur in tali loco, sed solum aliqua transeunt, non adstringuntur intercipere iter, ut Missam audiant, quemadmodum committitur docent Auctores.

VIII. Quæst. VI. An incolæ, egredientes summo mane de proprio loco, ubi est dies festus, iter acturi ad loca in quibus festum non est, teneantur ante discessionem Missam audire? Resp. obligari: quia præceptum audiendi Sacrum est afirmativum, & ad actum unum potissimum obligat: ergo impleri debet, cum facultas superest. Existens enim in loco eisdem loci præcepto ligatur; & cum urgeat, implere tenetur, si potest. Summo mane præceptum urgeat, & obligat: addeque facultas illud observandi. Ergo ad observationem tenetur. Quod autem quidam distinguunt de una, & pluribus Missis, inquires: Si plures sint Missæ celebrande in tali loco ique ad meridiem, tum non obstringitur; obstringitur vero, si una tantum Missa fice celebranda: hoc sane mihi videtur ineptum commentum. Quin, quo plura celebrantur Sacra, eo maior est implendi præcepti opportunitas. An postea casu quo Missa non celebraretur, nisi circiter meridiem, deberet egressurus e loco expectare toto mane; nimis durum reputat Suarez Tom. I. de Relig. Lib. II. cap. xv. numer. 10. ad tantam obligationem istum ablingere. Si vir egressurus pauper sit, graveque incommodum patiatur, toto illo tempore expectans celebrationem Sacri; exultatione dignus videtur, si non audiat; secus dicendum de iis qui titulo gravis incommodi exulari nequeant. Ceterum in similibus casum genere Parochi locorum consulendi sunt, ut pro circumstantiarum varietate, quid consuetudinali, & religioni congruum sit, decernere valeant.

XI. Quæst. VII. An ieiunium alieni sit discedere e propria civitate, seu territorio, in quo est præceptum diei festi, vel ieiunii, hæc expressa intentione non servandi præceptum eisdem, cum ad locum pervenerit in quo non urgeat? Resp. Sublata necessitatis causa, minime licet egressus sit. Quoniam, cum in aliqua civitate sive festorum, sive ieiuniorum præcepta instituantur, & a Clero, populoque acceptantur; omnes incolæ sincero animo se se obstringunt præceptorum observationi. Et quamvis præcepta non ferantur in illam, vel in istam personam; sed directe spectent bonum communitatis; nihilominus evincit omnes, ut hoc communitatis bo-

B

num

num promovent, deliberato consensu præcepta festi, vel ieiunii suscipiunt. Nec præcepta in loca materialia, quæ legum capacia non sunt, feruntur; sed regimen, disciplinamque externam inspicunt. Hæc porro disciplina sine populo consistere nequit. Populus ergo est qui legem implere debet.

X. Populus utique, repones, non autem singuli cives. Distinctio isthæc vana est. Præceptum indiscriminatim omnes, & singulos obligat; nec unum magis præ aliis obligat: immo, ut extra disputationem positum supponimus, absolute obligat omnes; quod de permanentibus in civitate etiam adversariis concedunt. Obligat, inquit, permanentes; sed non obligat ut permanent. Verba sunt hæc. Nam in institutione legis omnes, nulla facta distinctione, obligati sunt: quæ sane obligatio in posterum permanat, ut supponimus. Solum ergo prudenter interpretari possumus, præceptum non ligare, quando iusta dice-ndi causa occurrat. At quo incolæ iudicæ, & hæc expressa intentione velint, ut legis observantiam evadant; hoc, mea quidem sententia, est illudere legi, & demerque, cui promissio facta est, irridere. Nec dici valet, incolas illos uti iure suo. Quoniam usus istud absolute supposuerunt observantiam præcepti iam tum cum institutum fuit: & solum benigna, prudensque interpretatio eoa a vinculo obligationis solvit, dum iusta aliqua egrediendi ratio urgeat. Hoc, & non plus, animi relictudo, bona fides, & sinceritas agendi permittunt; qui sane sinceritas, & bonæ fidei adversarij expressa intentio alio abeundi, ut iugum factæ promissionis evanescat. Sententiam hæc descendunt Sylvester *verb. Ieiunium quest. 11. Layman Lib. I. tract. IV. cap. XI. n. 9. Sayrus Lib. VII. clav. Reg. cap. VII. num. 11. Ledesma de Matrim. disp. XXI. Rebullus de iust. & iur. Part. II. Lib. II. quest. VII. sect. 3. num. 16. Lessius de iust. Lib. II. Arb. B. & plures alii*, quos brevitas gratia omitto.

XI. Quæst. VIII. An Regulares exempti subiecti sint observationi festorum quæ ab Episcopo, vel diœcesana Synodo iudicantur? Resp. Regulares tenentur observare festa quæ pro universa diœcesi sunt ab Episcopo iudicata. Id aperte declarat, & præcipit Tridentina Synodus sess. xv. cap. XII. *Dies autem festi*

quos in diœcesi sua servandos idem Episcopus præcepit, ab exemptis omnibus, etiam Regularibus, observentur. Anposita teneantur Regulares observare festa quæ pro uno tantum oppido, vel civitate, ex voto populi, Episcopo approbante, sunt introducta, disputant in utramque partem Theologi. Eorum mihi videtur probabilior opinio qui affirmant, eisdem Regularibus teneri etiam ad quædam festa. Primo quia Tridentinum absolute iubet, Regulares servare festa quæ Episcopus in sua, non pro tota sua, diœcesi præcepit. Festa quæ consuetudine iusta invecta sunt, sine expresso mandato, consensu tamen Episcopi præcepta sunt. Nec videtur maior ratio de primis ac de secundis. Secundo, quia populi iudicio Regulares in suas civitates introducunt, ut Deo sacrificia immolent, ut veniam a divina misericordia implorent, ut laicis exemplo sint in divino cultu. Non autem virtutes exemplum, sed mali speciem, occasio nemque præberant, si eo ipso tempore quo cives feriat Deo vacant, illi terrenis operibus indulgerent. Quapropter vel ipsi contrarie sententiæ patroni Regulares hortantur ut in festorum celebratione ad populum se se conforment. Vix enim in praxi secus se genere possunt absque scandalo. Regulares quædam advena, seu hospites tenentur servare festa locorum ubi in transitu commorantur; quemadmodum dictum de laicis: quoniam eadem de his ac de illis ratio est.

XII. Quæst. IX. An Episcopus teneatur servare festa, & ieiunia quæ populo suo ipse imponit? Resp. Episcopi, & omnes legislatores subditi sunt legibus quæ ferunt in subditos pro bono communi Republicæ. Id docet D. Thomas 1. 2. quæst. xvi. art. 5. ad 5. *Quantum ad vim directivam legis Principis subditi legi propria voluntate; secundum quod dicitur extra de const. cap. Cuius omnes, quod quisque iuris in alterum statuit, ipse eadem iuratus debet.* Et Sapiens dicit auctoritas: *Patere legem quam ipse tuleris.* Improprietur etiam his a Domino, qui dicunt, & non faciunt; & qui aliis onera gravia imponunt, & ipsi nec digito volunt ea movere, ut dicitur Matth. xxiii. Unde quantum ad Dei iudicium Principes non est solutus a lege, quantum ad vim directivam eius. Divi Thomæ sententiæ subscribitur communiter Theologi.

DISSERTATIO II.

DE OPERIBUS A QUIBUS ABSTINERE DEBENT

FIDELES FESTIS DIEBUS.

CAPUT I.

Quæ sint opera servilia in diebus festis prohibita, declaratur.

I. Præceptum sanctificandi festa, ut iam indicatum fuit, affirmativum simul, & negativum est. Prout affirmans, cultum Deo exhibendum præcipit; de quo dissertatione sequenti ut negans, ab operibus vacare iubet; de quo in præsentia. Opera quæ diebus festis prohibentur, servilia nuncupantur: *Omne opus servile non facietis in eo.* Lev. cap. xxiii. Hoc textu omnia fere opera corporalia interdicebantur Iudeis, necdum mere servilia. Hæc tamen prohibitio haud erat pro omnibus festis æqualis. Pro observantia sabbati adeo severa, & generalis erat, ut ipsis nec cibos coquere, vel preparare liceret; sed id sibi ad præcedenti, qui propterea *parafæve*, ut pluribus visum est, dicebatur. In ceteris autem festivitatis vetitum minime erat ignem accendere, cibos preparare, idque genus similia; ut habetur Exod. cap. xii. de die prima, & ultima azymorum: *Nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad vescendum pertinent.* Quin nec in ipso sabbato omnia omnino opera corporalia prohibita Iudeis erant. Nam poterant iter agere ad certos limites, calerne corporales actiones exercere que anteverti nequebant; ut animalia ducere ad aquæ portum, eadem e fovea subducere, si opus fuisset. Porro Christiani non solum hæc, sed plura alia ad usum corporis necessaria conceduntur. Quare severior erat Iudeis sabbati, quam fit Christianis diei dominici observatio. Discriminis ratio est. Iudeis omnia sub figurarum velamine contingebant: & quia sabbatum Dei cessationem ab omni opere representabat; Ideo tam severe otium illud præcipiebatur. Secus accidit in lege gratiæ in qua figura, & symbola impleta sunt. Hæc omnia egregie persequitur D. Thomas 2. 2. quæst. cxxii. art. 4. ad 4. *Nec huiusmodi (scilicet die dominicæ) observatio figurata est, sicut fuit observatio sabbati in veteri lege. Et ideo non est ita arcta prohibitio operandi in die dominica, sicut in die sabbati;*

sed quædam opera conceduntur in die dominica quæ in die sabbati prohibebantur; sicut decoctio ciborum, & alia huiusmodi: & etiam in quibusdam operibus prohibitis facilius propter necessitatem dispensatur in nova quam in veteri lege: quia figura pertinet ad probationem veritatis, quam nec in modico præterire oportet; opera autem secundum se considerata immutari possunt pro loco, & tempore.

II. Explicandum nunc superest, quænam opera corporalia hoc præcepto prohibentur. Certum namque est sola corporalia, & externa opera prohiberi; non autem omnia, sed tantum servilia. Porro servilis operis notionem prodit D. Thomas 2. 2. quæst. cxxii. art. 4. ad 3. *Servitus est quæ homo servit homini. Est autem homo alienus servus, non secundum mentem, sed secundum corpus.* Et ideo opera servilia secundum hoc dicuntur opera corporalia, in quibus unus homo alteri servit. Duplex ergo in homine operum genus, servilium nimirum & liberalium. Opera servilia ex relata doctrina Angelici easunt quæ, licet ab anima, tamquam a principio, proveniant, organo tamen corpore exercentur, & per se corporis commoditatibus inserviunt, & per servos fieri solent, idque servilia nuntupantur, ut terram colere, domos edificare, artefacta construere. Contra, opus liberale a mente procedens, & sepe ab organo corporeo pendens, eo proxime tendit, ut mentem illuminet, animumque excolat; ut docere, predicare, legere, scribere, & similia.

III. Triplex opus servile distinguit D. Thomas: nimirum religiolium, quod samulatum Deo præstat; vitiolium, quod homo peccato intersit, & demoni; & humanum, quod homo homini servit. Hæc sunt verba Angelici 2. 2. quæst. cxxii. art. 4. ad 3. *Est autem triplex servitus. Una quidem quæ homo servit peccato, secundum illud: Qui facit peccatum, servus est peccati: & secundum hoc omne opus peccati dicitur servile. Alia vero servitus*